

et dedi ei timorem et timuit me et a facie
 nominis mei pauebat. Veritas enim fuit in
 ore eius: et iniquitas non est inuenta in la-
 bijs eius. In pace et in equitateambu-
 lauit mecum: et multos auertit ab iniqui-
 tate. Habia enim sacerdotis custodiunt scien-
 tiam: et lege requirent ex ore eius: quod an-
 gelus domini exercituum est. Vos autem recess-
 istis de via: et scandalizastis plurimos
 in lege. Veritatem fecistis pactum leui dicit
 dominus exercituum. Propter quod et ego de-
 di vos contempnibiles et humiles omnibus
 populis: sicut non seruastis vias meas: et ac-
 cepistis faciem in lege. Aliquid non pa-
 ter vnus omnium nostrum? Aliquid non deus
 vnus creauit nos? Quare ergo despicit
 vnusquisque fratrem suum violans pa-
 ctum patrum nostrorum? Transgressus est iu-
 da et abominatio facta est in israel et in ieru-
 salē: quod contaminauit iudas sanctifica-
 tionem domini quam dilexit: et habuit filiam
 dei alieni. Dispundet dominus virtuti qui fece-
 rit hoc: magistrum et discipulum de taberna-
 culis iacob: et offerentem munus domino exer-
 cituum. Et hoc rursum fecistis. Operie-
 batis lacrymis altare domini fletu et mu-
 gitu: ita ut non respiciam ultra ad sacrifici-
 um: nec accipiam placabile quid de ma-
 nu vestra. Et dixistis. Quia ob causam?
 Quia dominus testificatus est inter te et vro-
 rem pubertatis tue quam tu despectisti. Et
 hec princeps tua et vxor sedens tui. Non
 ne vnus fecit: et residuum spiritus eius est? Et
 quid vnus querit nisi semen dei? Custodi-
 te ergo spiritum vestrum et vxorem adoleſcentie tue
 noli despiciere. Cum odio habueris dimit-
 te dicit dominus deus israel. Operiet autem iniqui-
 tas vestimentum eius dicit dominus exer-
 cituum. Custodite spiritum vestrum: et nolite de-
 spicere. Laborare fecistis dominum in sermo-
 nibus vestris. Et dixistis. In quo eum se-
 cimus laborare? In eo quod dicitis. Dis quod
 facit malum bonus est in conspectu domini
 et tales ei placent. Aut certe: vbi est deus
 iudicij.

III

Ecce ego mittam angelum meum
 et preparabit viam ante faciem
 meam. Et statim veniet ad tem-
 plum suum dominator quem vos queritis: et
 angelus testamenti quem vos vultis. Ec-
 ce venit dicit dominus exercituum. Et quis po-
 terit cogitare diem aduentus eius? Et
 quis stabit ad videndum eum? Ipse enim
 quasi ignis conflans et quasi herba ful-
 lonum. Et sedebit conflans et emundans
 argentum: et purgabit filios leui. Et cola-
 bit eos quasi aurum et quasi argentum: et
 erunt domino offerentes sacrificia iusticia.
 Et placebit domino sacrificium iuda et ieru-
 salē: sicut dies seculi: et sicut anni an-
 tiqui. Et accedat ad vos in iudicio: et ero
 testis velox maleficis et adulteris et pui-
 ris: et qui calumniant in excelsis merce-
 narij et humiliant viduas et pupillos: et
 opprimunt peregrinum: nec timeuerunt
 me dicit dominus exercituum. Ego enim dominus
 et non mutor: et vos filij iacob non estis con-
 sumpti. A diebus enim patrum vestrorum re-
 cessistis a legitimis meis: et non custodi-
 stis. Reuertimini ad me et reuertar ad
 vos: dicit dominus exercituum. Et dixistis in quod
 reuertemur. Si affiger homo deum: quia
 vos configitis me. Et dixistis. In quod con-
 figimur? In decimis et in primitijs. Et
 in penuria vos maledicti estis: et me vos
 confignis gens tota. Inferte omnes dec-
 imam in horreum meum: et sit cibus do-
 mo mea: et probare me super hoc dicit dominus.
 Si non aperuero vobis cataractas celi
 et effudero vobis benedictionem usque ad
 abundantiam. Et inceperabo pro vobis
 deuorantem: et non corrumper fructum
 terre vestre: nec erit sterilis vinea in agro
 dicit dominus exercituum. Et beatos vos di-
 cent omnes gentes. Et inis enim vos ter-
 ra desiderabilis dicit dominus exercituum. In
 ualuerunt super me verba vestra dicit do-
 minus. Et dixistis. Quid locuti sumus
 contra te? Dixistis. Vanus est qui seruit